
Crac. Stud. Univ. Jag.
Promotiones Phil. Ord.
1645 3.

Strachocki Joan. Albrecht: Decumanus adolescentum primam in Art. et Philosophia lauream prensantium.


Biblioteka Jagiellońska
stdr0001089


V
B
J
C

DECVMANVS

ADOLESCENTVM PRIMAM IN ARTIBVS

ET

Philosophiâ Lauream Prensantium

EX HIBERNIS PALLADIS.

Ad Vernam lustrationem,

PRÆSIDENTE

D. IOANNE CYNERSKI RACHTAMOVIO

Collega Maiore, Phil: Facult. & S. ANNÆ Decano

PRODVCTVS

Et ab Excellentissimo Domino,

D. M. ANDREA BIAŁKOWSKI,

COLLEGA MINORE

In aciem promotus, &

Per

IOANNEM ALBRACHTVM STRACHOCKI,

Eiusdem Laureæ Candidatum. Signa scriptu præferentem

Debitis trophæis

ADORNATVS.

CRAC. Typis Valeriani Piątkowski. A. 1645.

Ex cathal. [illegible] Sebast [illegible] dono datus à Samuele Carolo [illegible] amoris ergo.

In Stemma



Fama ſcire nequit, pretioſo ſanguine parta
Maiorum; cupiens ferre perenne decus.
Vt licet hi pereant, natorum cara propago
His ſtudeat factis, condecorare domos,
Stemmatis ergo tui Kroßynſki amplectere famam
Vt lux trina oculos fulgeat ante tuos.

ILLVSTRI ac MAGNIFICO D.

D. CAROLO GEORGIO KROSZYNSKI, Capitaneidæ Inturcensi.

Domino & Patrono F. P.

NOuerat cui se tot Victricibus Laureatorum palmis, onusta Pallas credere tutò posset Illustris et Magnifice Domine, Cum post tot in scientiarum studio, exantlatos labores, tandem apud te, quieta manere poscit; Quę cum bonis et auspicatis ominibus pridem in conspectum tuum prodire studuit, ni virescentium florum odore, amęnum ver gressum retardasset. Rata nihilominus non alibi melius acceptum hospitem, quam in animi tui domicilio commorantem, gratamquęrit in tuâ Domo hospitationem. Nequé puto repudiari à te poterit, cui nobilissimus maiorum sanguis, cum ingenita amplissimarum Virtutum pulchritudine tantum contulit humanitatis, vt quod cęteris pręstitu difficillimum videtur, tibi soli exiguum sit. Patieris autem eius audaciam eò faciliùs, quò benigni-

 ore

õre animo in Palladem, doctissima eius castra virtute duce, ingenio comite, sequi non dubitasti. Sentiet vt puto exiguum hoc honorarium, quod Illustriß: tuo nomini Palladius fabrefecit Stylus, se perbenignis tuę humanitatis salutari oculis, dum tibi submitentem se Palladem, graui lassátam fatigatione, humanitatis tuę sinu refouebis, donec melior Cęlo Pęgasus, gentilitio tuo armatus splendore, vberiores paulò post tibi laudationum eliciat fontes.

Humilis Seruitor

vouet et offert

Joannes Albrachtus Strachocki,
Primę Laureę Candidatus.



ΕΒΚΛΙΑ

Florentissimæ Matris Academiæ.

EXCELLENTISSIMIS

DD. EXAMINATORIBVS

in sortem cadit.

ÆQuatuor axis, sarmatici recens,
Primò salutat, vere Academiam,
Post fert adoptatam iuuentæ.
Pallidij generis salutem.
Rebelle verùm pectus Apollinis
Manus duello, submouet obuio
Nec vult cruentis, mitigari
Sortibus, vsq; rubescat ostro.
Doctæ retorquet prælia nisibus,
Pallas iuuentæ: non Lydium vocat
Cræsum potentem, vi strategum
Herculis haud furias veretur.

Iasonq; frustra, Colchicus æquora
Veloce velo, transuehat, hiuc opem
Pugnæ, ministret qui paratam,
Sanguineas vt aquas coloret.
Miti diremptos, fronte Diespiter;
Belli tumultus sopiet impetu
Pugnace, si vel dimicare
Ingenij, ratio requirat.
Phrygum scamander, taliter haud rotat
Euri profundos flamine vortices
Qualem sagaci suscitat vi,
Artidocæ legio phalangis.
Priscam Lycæi, Lechiaci scholam,
Intrare præstat, mens cita pectoris.
Fundet probatum, dogma sensu. En
Auspicio generosiore.
Præit Decani suada CINERSCII.
KRASNICII quam fortis agit vigor
Et vis NOWAKOWSKI, parata
MLYNKOVIIq; recens Minerua.
Tardabit ausum, martius haud furor,
Dextræ sub acrem palladiæ impetum,
Co-

Cohors reuellet, vel minaces
Disijciens nebulas laborum.
Benigniorem temperiem poli
Ver præstat, hûic & sedulior subest,
Industriorum mens virorum
Perspicuis saturata sensis;
Firmata multum, Cecropidis Deæ,
Mansura in omni, tempore gloria
Adest cerebri, quæ resultat
Impenetralibus Cauernis.



ΠΑΝΟΠΛΙΑ

Veteres Philoſophi ex Armamentario Inclyti Lycæi, Tyronibus certaturis offerunt.

V. D. Ioanni Anuſkowic.

Socrates, Decentiam Animi.

ADſunt quam celeres, pectore Martio
Turbæ; ô Palladis inclytæ.
Quas gemmatus honos, huc pepulit ſimul,
Certare vt faciles velint,
Tantùm, laurigeris, ſint ſociabiles,
Inſigniq́; Academiæ;
Ergo Sarmatici, bella gerens cohors,
Regni ne clypeos fuge
Fulgentes nimiùm, quos celebres Sophi
Apportant animo bono;
Confert eccè tibi candide ANVSKOWIC,
Primus prælia Socrates.
Tu cunctis animi turbinibus vide
Conſectere decentiam.

V. D. Ioanni Laſkowſki.

Xenocrates lenitatem affectuum.

NVnc Phæbus meliore coma vultuq́; nitente
Spargit in orbe iubar.
Inſolito totum colluſtrans lumine mundum
Tempora verna vocat.
Palladias quando cupit exornare phalanges
Emeritis meritis.
Cingere & auratis ſertis, in prælia promptum
Laſkouium comitem.
Cûi nil iam factu (vt video) ſupereſſe videtur.
Præter vt in ſtudijs
Permaneat, conſtans animo velut ægide ſeptus
Dogmata ſacra colens.
Ergo celer turbas ſtudio ſectare ſophorum
Palladis auſpicijs.

V. D. Simoni Zębicki.

Demoſthenes Facundiam dicendi.

SArmaticã, vernus dũ fert Æquator in Arctõ
Illuſtrem aurato prætendens vellere Phr xũ

Mundi Fax, pigrum. Tytan, algore Booten.
Obuertit, gelidum radio recreatq; Trionem.
Nunc acie prõptus, docta cum Pallade Mauors
Zeloſo renouat certamine, ſtringit & enſem.
Europea graui, rationis Muſa duello.
Bis te felicem video, te namq; ſecundo
Excipio ſub vere nouis induſtria vernet
Conſilij ſenſis ſuaui Demoſthenis ore
Certamen ſubijſſe libet, vel Cecrope linguâ
In medio pugnæ, ſpectabere Victor arenâ.

V. D. Sebaſtiano Kalinſki.

Ariſtoteles ſubtilitatem rationis.

VLtra Zodiaci gradus ſuperni
Frigens Arctophylax obarmat artus,
Robuſtos, Borealium Trionum.
Te ſiſtas, lubet Herculem KALINSKI.
Ille ac æripedes, peremit ictu
Tauros ſimplice: tanta vis tibi adſit.
Diuo à milite, ſume pectus audax
Ex vi nominis, es SEBASTIANVS.

Augu-

Augusto ingenio, potes nitere,
Non est clam: rationis arma promptæ
(Vt prudens Sophiæ magister egit)
Et scitæ vegetus, prior capesse
ornari brauio, vales Sophorum.

V. D. Bartholomæo Griszter

Plato compositionem morum.

Colles herbigenæ, & Chloridos æstuant
Tunc, quando rubeus, Cynthius orbitam
Scandit flammigeram vere, Mauors quoq;
Producit, rigidus, prælia Palladis,
Et doctas Gracij, castalides vocat,
Certent, vt varijs ingenij artibus
Ergo bella gerens dexter vt exeas,
Mores compositos, dux Plato (candide
Grytzter) substituit, quêis niueat procul
Frons, inter pariles iudicij viros.
Iam martem genius nunc iuuet integra,
Temnet, sanguineum, sic ratio vadum.

V. D. Stanislao Ruskiewic.

Æschines Alacritatem obsequij.

TVń destinato prodigus obsequI
Morum Parenti & Philosophantium.
Tuñ seruas adscitus Camænis.
Socratico famulator, ori
Parebis; o quicunq; trahit modus.
Accurre: sensus Socratis ëxequi
Contende & Æschines vocari.
Morigero, properato passu.
Est seruitutis grande decus tuæ,
Non ante quisquam liber habebitur;
Quicunq; morum, seruitutem,
Socrate non didicit magistro.
Regina virtus (sic placitum Deo)
Emancipatum, mittere neminem
Dignatur ignarum Socratis.
Ecce tui pretium laboris.

V. D. Thomæ Gęſkowſki.

Chryſippus Acumen ſermonis.

HErculis vires, celebrare dignè,
Efferas Martis, reſonare palmas,
Militis vel belligeri triumphos,
Ardua res eſt.
Hectoris magni, numerare bella,
Quæ potenter cum Danaum cateruis
Geſsit; & Theſêi reuocare tauros.
Eſt labor ingens.
Præmij doctis, tribuere laudem,
Nulla mens humana poteſt, nec audet,
Nil habet, quo nunc, Sophiam celebret
Integer orbis.
Non tamen ſuauis, poterit ſilere,
In Sophi laudes, properans camæna
Eius aſt ſemper, patulis in oris,
Nomen habebit.
Perſonent ergo tua dicta laudes,
Maximas exnunc. Latiæ Mineruæ,

Inde ſermonis ſiquidem tibi illa a-
Cumen alacre.
Dat, ſimul tu Palladis arte polles,
En vides! quantum hæc animi valere
Dona poſſunt, quæ tibi dat Sophorum,
Turba tuorum.

V. D. Matthiæ Skrzeſzowſki.

Zeno Circumſpectionem linguæ.

Circumſpectio ſimplicis
Linguæ (ceu loquitur Zeno ſcientiæ
Vir rectæ) rude robore,
Pectus firmat: enim virga Catonis, ad-
Eſt cenſoria: cautiùs.
Inter Verba loqui, moribus abſona
Caſtis, facta nec addere
Mandat præcipiens, terſius omnia:
Exſolui; tener effice
Tyro, dogma ratum: nam ſapientum
Linguam, ſit proba res ſequi.
In pigro ſapiens, ſtat ta citurnitas,
Virtutis nota; ſeu velis

Euitare mali, quandoq; præuium,
Arcto fine periculum;

V. D. Stanislao Moroszewski.

Empedocles comitatem Factorum.

PAndit auratas mea Musa voces,
Et fauet lauris gracilis Camæna
In quibus gestit generosa virtus
Morsouiana.
Empedocleam canit expolitam
Moribus pulchris bene comitatem
Rite factorum Physicæ vacantem
Sæpè fulsse.
Nunciat summè studij probatum
Hospitum gratum veluti parentem
Semper humanum pariter politâ
Arte coruscum.
Ergo virtutis nitidis decorus
Præmijs doctos imitare semper
Empedocleis stimulis vocatus
Inter honores.

V. D.

V. D. Valentino Kozmicki.

Pythagoras Discretionem sensus.

DVm citus acceleras, Parnassi carpere lauros,
Ingeniose comes.
Serus ades Craciâ cupiendo virescere laurù,
Lætus adesto tamen.
Nam licet accipiti es, delectus sorte Dearum,
Vltimus haud tamen es,
Munera fortunæ ride exiguosq́; fauores:
Primus es ingenio,
Hoc tibi concedit multorum turba Sophorum,
Ipseq́; Pythagoras.
Ille tibi rectum sensum atq́; animi rationem
Dat, tribuitq; simul.
Ergo áge, rumpe moras, Zephyros tibi mittit A-
Laurea serta cape. (pollo,

V. D. IOANNI ALBRACHTO STRACHOCKI.

Vati & Concandidato gratitudinis ergo.

V. D.

V. D. IOANNES

ANVSKOWIC.

Vouet & dicat.

TRans Aganippæum, greſſu tua Muſa, fluen-
Pegaſeo pluſquam, lata cucurrit iter (tum
Mentis Apollineæ vates ſupereſſe videtur
Eluit vt placidum caſtalis vnda metrum.
Terſus, & ipſe labor, munus ſubtile viciſſim,
Syſyphias operas Dardanidumq́, præit:
Illiacæ verſu, celebrat Maro, Pergama Troiæ
Tum Metamorphoſis Naſoq; mõſtra notat
Ex Helicone ſuæ vates legit indolis herbas,
Verè ſimul violas, carpit, odore nouas
Monſtrauit placidam ſolerti carmine muſam.
Eſt dignus meritò qui meruiſſe ſtudet.
Quandoquidẽ proprias cuiuſuis pectore do-
Quas intellexit pinxit arundo metro. (tes
Indidit ergo tibi rationem Delius acrem vt
Exacues promptos care Poeta viros.

 Eidem

Eidem
V. D. THOMAS GĘSKOWSKI,
Eiusdem Laureæ Candidatus

Remunerationis ergo offert.

DVm Pallas nostro dat præmia digna labori,
Et cingit lauru tempora nostra suâ
Ecce Sophi subitò donant sua munera cuique
Carmine, quod pietas fecit, amorque tuus
Tu nil ipse refers hinc? ast ego muneris ergò
Hoc carmen refero, quo tibi fausta precor.
Et quæ tu cunctis tribuisti dona Sophorum
Ipse eadem capias, hæc tibi cuncta fauent
Laurea quando istis, quæ fert, iungatur honorem
O quam Strachocki, nomine magnus eris.



IN STEMMA
Almæ Academiæ Cracouienſis.



Sceptra repræſentāt, Academica cornibus vnam
Quam deceat Iuuenes, nunc tolerare crucem,
Crux probat, ac aurum ſcitus faber, indè Paleſtrę
Vt ſubeat mores cum pietate bonos.
Magnanimos, dociles, deuotos ſtemma coronat,
Quando triumphabit, docta iuuenta cruce.

Sub Felicibus Auſpicijs.

Magnifici & Adm. Rdi. Dni.

IACOBI VITELLII,

Sacræ Theol: Sententiarij ac Profeſſoris, Canonici S. Floriani Coll. Vladiſlauiani Prouiſoris, Almæ Academiæ Crac. ſtudij Generalis.

RECTORIS.

Vigilantiſsimi.